

Nos Heinricus praepositus, Heinricus decanus totumque capitulum Misnensis ecclesiae praefatam donationem ac appropriationem ratificamus et approbamus et praesentibus praebemus nostrum consensum ac voluntatem cum sigilli nostri capituli munimine huic litterae roboratam. Ego vero Lutoldus cantor Misnensis ecclesiae praedicta III<sup>or</sup> talenta in villa Gana ad sanctum Gothardum sita ut superius est expressum in sanitate bona constitutus libere ac voluntarie ad anniversarium meum et ad festum beati Martini prout adhuc decrevero instituendum pariter et peragendum capitulo Misnensi post mortem ac decessum meum lego et assigno, et do proprietatem cum omni iure, quod mihi competit in eisdem, praefato capitulo Misnensi perpetuis temporibus duraturis. In cuius rei testimonium huic litterae ac donationi meae sigillum cantoriae duxi praesentibus roborandam.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln des Bischofs, des Capitels und des Cantors Lutold (Adler mit dem Heiligenschein) an Pergamentstreifen.

An die Urkunde ist noch folgende andere angehängt:

Nos Theodericus, Petrus et Paulus fratres, filii quondam Th. Kunikonis beatae memoriae profitemur, quod venditionem quatuor talentorum apud sanctum Gothardum in Gana per Nycolaum fratrem nostrum rite et rationabiliter celebratam cum honorabili viro domino Lutoldo cantore ecclesiae Misnensis ratam et semper firmam habemus praesentium testimonio litterarum. In huius evidentiam sigilla nostra apposimus huic cartae.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel der drei Brüder.  
Ursinus Gesch. d. Domkirche S. 248.

### No. 356. 1313. 23. Aug.

*B. Withego II. genehmigt mit Zustimmung des Capitels den Verkauf einer Mühle an das Augustiner-Chorherrenstift auf dem Petersberge bei Halle und eignet sie demselben, nachdem die Lehen ihm aufgelassen worden.*

In nomine domini amen. Wythego dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus universis Christi fidelibus, quibus praesens scriptum fuerit exhibitum, salutem in omnium salvatore. Ordinationes perpetuis temporibus valiturae litterarum non immerito testimonio roborantur, ne si per oblivionem ex successu temporis a memoria hominum excidant, firmitatis et virtutis debitae robur perdant. Ea propter tam praesentibus quam futuris tenore praesentium litterarum cupimus esse notum, quod cum honorabilis vir dominus Sifridus praepositus et capitulum ecclesiae sancti Petri apostoli Montis Sereni molendinum quoddam in villa Kolow<sup>a)</sup> Wrzinensis districtus situm cum insepis curiae et una insula, agris et piscationibus, aquae meatibus et generaliter et specialiter cum omnibus utilitatibus, quae eidem molendino nunc insunt vel inesse poterunt in futuro, apud strenuum militem Theodericum de Turgow et heredes suos iusto emptionis et venditionis interveniente titulo pro certa pecuniae summa conparaverint suis et ecclesiae suae usibus perpetuo applicandum, et cum idem Theodericus molendinum huiusmodi cum suis iam dictis pertinentiis, quod a nobis et ecclesia nostra praedicta titulo tenuit feodali, ad manus nostras pure et libere resignaverit et cum praedicto praeposito et capitulo dictum molendinum cum suis utili-

a) Collau, Par. Thallwitz.